de Causa et Actione indicavia per se Recognitem eidem Infideli Iudaeo ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliensis, Ratione per eum subministrati[?] Nobilis Alberti Kaminski ad Comburendum Braxatorum, sui Recognitis[?] in Villa Kowyrnie[?] sit instituta et intentata, Necnon ab quibusvis Decretis ea in Causa prolatis, totoq et integro processu Iudiciario eo nomine perducto ob sufficientem et plenariam sibi Recogniti per eos[?] factam satisfactionem, Quietat, emittit, dimittit, liberumq et absolutum perpetuo pronunciat, Causamq eandem actionemq indictam, Decretaq quaevis, totumq processum iudiciarium eo nomine obtentum cassat, mortificat, et annihilat praesens, sibi et suis praesentis vice[?] commissionis[?] perpetuum imponens Silentium.

Dembickie Coniuges, Zurowskiemu Roborant.

1113

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Iacobus Dembicki, et Theophila de Konarzy Coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis gentibus omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subjiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim sibi pro interesse recognovit. Quia ipsi, et quidem Consors, cum eius Marito sui Viri Tutoris coniugalis personali assistentia atq obtentu sic

ad infracta recognoscenda Consensu, se, ac suos Successores
in et super bonis suis generaliter omnibus summisque quibusvis
pecuniis habitis et habendis inscribunt et obligant, quod
Scriptum certum manuale, per se Reos inremittentes
Gnosi Alexandri Stanislai Zurowski, ratione certarum
rerum et conditionum in eodem Scripto manuali contentarum
de actu et data illius hic Premisliae, die hodierna in Actu
contenta confectum, conscriptum et datum, Manu utriusque
Reorum mariti suo et fratris sui nomine subscriptum
In omnibus et singulis eiusque Scripti manualis Conditionibus
punctis, clausulis, articulis, Vadiis, ligamentis, ac ne-
xibus in Universum omnibus, eidem Gnoso Alexandro
Stanislao Zurowski, ipsiusque posteris firmiter tenere
complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusque
et singulis eiusdem Scripti manualis contentis tam in
toto, quam in qualibet minima parte, toties quoties opus
fuerit satisfacere, Scriptum praefatum manuale, ad In-
scriptionem praesentem roborationem, et Inscriptionem
praesentem roborationem, ad praedictum Scriptum manuale
Vicissim in toto referendo, idque sub Vadio Summae Quin-
quaginta florenorum polonicorum, per eosdem Reos suos eorum
Successores, supranominato Gnoso Alexandro Stanislao Zu-
rowski, et eius posteris, ob non completionem praesentis
Scripti eiusque manualis omnium et singulorum tam
in toto, quam in parte, toties quoties opus fuerit ad solvendum
vendum Succumbendo, quo quidem Vadio modo prae-
misso ad solvendum Succumbendo, ac praeterea quia principali ex
contentis Scripti eiusque manualis non completa com-
plenda, Contradicentes in vati Reos suos eorum Succes-
sores, ad instantiam praefati Gnosi Alexandri Stanislai

Zurowski vel eius posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, extunc recessu Iuris quo ad respondendum spectat mediante, semperin primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentem illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Sandecensque Terminos semper peremptorios vera Infirmitate maiori, minio renunciare sueuntur, Legatione mera vel cera Regni servitio militari, ad Munimenta, ad Electores vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Iudicationem praeterea Utriusque memorata Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac Commissa omnia pariter simplicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibusque, Laudis Iuris, praeterea Terminis bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo, nemodo sibi quovis evadendo. Hac sua praesente personali Recognitione ad Commissa omnia mediante.

Wachowicze et Mietelski Woiakowskiemu Roborant.

1114

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobiles Andreas Wachowicz et Zophia Mietelska Coniuges Legitimi, atque Iosephus Mietelski. Sani mentibus et corporibus praesentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedentes praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis